

han. 14. *Qui diligit me manifestabo ei me-
ipsum. O secretissimam, suavissimam,
& amabilissimam manifestationem in
cordibus nostris, comitatem cœlesti
gaudio, solatio, sapientia, & cognitio-
ne!* O veram Academiam, & unicam
certissimamq; Didacticam eruditionis
& Philosophiæ divine, tantopere à Sa-
lomone in Proverbijs & libro Sapien-
tiæ dilaudatā, nec alia methodo quam <sup>Charitas
omnia à
Deo im-
petrat.</sup>

*Orationis comparandam. Invocabi, in-
quit Sap. 7. Et venit mihi Spiritus sapien-
tiae. Unde concludimus, sine charitate
orationem veram non esse.*

CAPUT XXV.

QUIBUS SIGNIS ET INDICIIS
innotescat Dei charitatem esse
in homine.

1. Joan. 2. *Si quis diligit mundum,
non est charitas patris in eo.*

Primum signum charitatis Christi
in nobis est odium mundi. *Quis-Christus
quis enim Christi paupertatem & sui ama-
toris u-
nicum
omnium rerum terrenarum contem-
tum ad animum revocat, abesse non lucrum,*
potest quin illi⁹ charitate ac exemplo
inflammat⁹, similiter mundum & mun-
dana omnia una litura ex animo suo
deleat,